Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

ut custodiam mandata tua. Fa
ciem tuam illuminna super seruum tu
um: et doce me iustificationes tue.
Exitus aquarum deduxerunt oculi
mei: quia non custodierunt legem tuam.
Iustus es domine: et rectum iudicium
tuum. Mandasti iustitiam: et testimo
nia tua: et veritatem tuam nimis.
Tabescere me fecit zelus meus:
quia obliti sunt verba tua inimici mei.
Ignitum eloquium tuum vehementer
et servus tuus dilexit illud. Ho
lescentulus sum ego et contemptus:
iustificationes tuas non sum oblitus.
Iustitia tua iustitia in eternum: et lex
tua veritas. Tribulatio et angustia
invenerunt me: mandata tua me
ditatio mea est. Aequitas testimonia
tua in eternum: da mihi intellectum et vivam.
Clamavi in toto corde meo ex
audi me domine: iustificationes
tuas requiram. Clamavi
ad te salvum me fac: ut custodiam
mandata tua. Prevenerunt in matu
tinis et clamavi: quia in verba tua sper
avi. Prevenerunt oculi mei
ad te diluculo: ut meditarer elo
quia tua. Vocem meam audi
secundum misericordiam tuam domine: et secundum iu
dicium tuum vivificame. Appropinquaverunt persequentes me iniquitati: a lege
autem tua longe facti sunt. Prope es tu
domine: et omnes viae tue veritas. Initio cognovi de testimoniis tuis:
quia in eternum fundasti eas. Vide humilitatem meam et eripe me: quia legem
tuam non sum oblitus. Iudica iu
dicium meum et redime me: propter
eloquium tuum vivificame. Longe
a peccatoribus salus: quia iustificationes
tuas non exquisierunt. Miserationes tue
multe domine: secundum iudicium tuum
vivificame. Multi persecutores
mei et tribulantes me: a testimoniis
tuis non declinavi. Vidi prevari
cantes et tabescebam: quia eloquia
tua non custodierunt. Vide quoniam
mandata tua dilexi domine: in misericordia
tua vivificame. Principio verborum
tuorum veritas: in eternum omnia iu
dicia iustitiae tue. Gloria patri.
Principes persecuti sunt me gratis:
et a verbis tuis formidavit
cor meum. Letabor ego super eloquia
tua: sicut qui invenit spolia multa.
Iniquitatem odio habui et ab
hominatus sum: legem autem tuam
dilexi. Septies in die laudem dixi
tibi: super iudicia iustitiae tue. Pax
multa diligentibus legem tuam:
et non est illis scandalum. Exspe
tabam salutare tuum domine: et mandata
tua dilexi. Custodivit anima
mea testimonia tua: et dilexit ea
vehementer. Servavi mandata
tua et testimonia tua: quia omnes vi
ae mee in conspectu tuo. Appropinquet
deprecatio mea in conspectu tuo do
mine: secundum eloquium tuum da mihi intellectum.
Intret postulatio mea in con
spectu tuo: secundum eloquium tuum eripe
me. Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iustificationes tuas. Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia
mandata tua equitas. Fiat
manus tua ut salvet me: quia man
data tua elegi. Concupivi salu
tare tuum domine: et lex tua meditatio
mea est. Vivet anima mea et lau
dabit te: et iudicia tua adiuvabunt
me. Erravi sicut ovis que perit:

47v